UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER TERTIVS.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

SVMMARIVM.

1 *Qualis debeat eſſe habitus clericorum.*

2 *De iure antiquo Clerici vtebantur linea tunica ſuper quibuſcunque veſtibus.*

3 *Clerici deferre debent coronam, & tonſuram eorum ordini congruentem.*

4 *An Clerici non geſtantes habitũ, & tonſurã peccent mortaliter.*

5 *Itẽ an puniri poſſint alijs pœnis An Penſionarius teneatur deferre habitum, & tonſuram clericalem, ibidem.*

6 *Quibus ex cauſis excuſetur clericus non deferens habitum, & tonſuram, & nu. 7. 8. 9. & 10.*

11 *Quando Penſionarius non deferens habitum, & tonſuram amittat penſionem.*

CAP. I.

De habitu & Tonſura Clericorum.

1 QVALIS debeat eſſe habitus clericorum, nullibi determinatur, *vt d. gloſ. pen. in clem. 1. de elect. Quarant. in ver. habitus clericalis*, ſed in hoc ſtatur conſuetudini locorum *c. ſi quis virorum, vbi gloſ. ver. veſte 30. diſt. Ricc. in Prax. for. eccleſ. par. 3. reſ. 496. & par. 4. reſ. 234. & alij communiter.* Hoc tamen certum eſt, quod veſtes clericorum non debent eſſe communes cum illis, quibus laici, & militares vtuntur *Piaſec. in Prax. Epiſc. p. 2.*